111 250 243

Molt. Ill.re Sig.r mio Sig.r oss.mo

L'occatione del gentil'huomo, che presentarà à V.S. queste mie mi

248 110 241

Nobilissime vir, nostrorum literarum decus
illustre reipublicae Belgii,

Praeterita martis die Domino Praetori ve-
stro Zeilicumensi diversi generis aliquot
plantulos salvos tradidi, petens ut illos
in usum et memoriam Domini junioris
in Zullichem ordine collocent donec
data occasione ipsius eo veniam. Habeo
adhuc insignes piros quas eo mittere
cogito quam primum occasio sese offert.
Praeterea, mitto vobis insignis et
divinae spiritus, rustico meo judicio,
tornum pomorum paradisi, ut et carae et
pientissimae sorori vestrae Constantinae
de Willemb, quam refero inter enican-
tia poli Belgici liberati à Tyrannide
Hispanica, Veneris sydera admirabile
virtutis et honoris contemplatione, de
vestra nobili conjuge pariter audivi.
Et laus Deo quod antiqua domus
Beatae memoriae Christiani Hugenii
vera et integra prolis sic elevatur
et sole meridiano ab ortu Hagensi
clarior lucet in occasum Austrum
et Aquilonem super mare et oceanum
et certe digna est quia omnibus bo-
nis adjumento et nulli honesto viro in
detrimentum sic eius viget et produ-
citur fama et memoria in prole ac
nepotibus, posteritas. Denique religiam penes

generosum Dominum van der Myle libellum
supplicem de xxj annis conductionem vicaria
rum S. Andreae altaris in Tricht, quam ut
in votis coto affini nostro D. de Willem
vehementer cupio, quandoquidem sedulo
colere et meliorem reddere sumptibus
ac laboribus satagam. Non dubito quin
omnes tuos pariter collaboratum pensilla[illegible]
statum Principem cuius hora benedicat[illegible]
ut obtineam. Dominus Amptmannus in
Bommelweert amicus favens praeterito
die Lunae vespere Noviomago ex comi
tijs rediit futura septimana ipsum invisere
et affectum nostrum ipsi exhortare non obliviscar
Quibus omnibus mi Domine et Nobilis
spiritus Maecenas edite Belgij Patriae
in Zullicum nos cum nobili conjuge et junio
re Ascanio Domino in Zullichem valere
precor comprecor raptim cursimque
in Erica 15 Decembris Anno 1634.
5

Nobilitatis vestrae humillimus serv[us]
et magni ingenij observantissimus
vates Henricus Suertonius

BRITISH MUSEUM

Molt. Ill.re mio S. oss.mo

L'occasione del gentilhuomo, che presenterà à V.S. queste mie mi

Syp. M.S. 1. No 202.

© British Library
Add MS 22953, f. 241-242
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1050

A Monseigneur
Monseigneur Huygens
de Zullichem conseiller
de son Excellence
monseigneur le Prin-
ce d'Orange.
a la Haye. met
door vriendt des toonder app[illegible]

© British Library
Add MS 22953, f. 241-242
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1050